

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 81.

*Secretum litterarum commercium inter vivos
et vita functos.*

Ex Mundo Sublunari.

Elysiom.-Meun.-Die Martis 21 Nov. 1809. (Neov. 3. Nov. 1809.)

Ad Josephum Secundum Rom. Imp.
Transiit & non erat.

Sic omnia in hoc orbe fluxa & variabilia sunt! — Veteres Annales nostri testantur dextram omnipotentis — „transiit solum & jam evanuerunt.”

Litteræ hæc Magne Imperator! auctorem habent Germanum. Intelliges ex iis fata belli quarti a Domo tua adversus Galliam gesti. Pacis Tractatum describe, in ejus complexum!

Tractatus Pacis.

Inter S. Maj. Austriae Imperatorem, Hungariae Bohemiaeque Regem; & S. Maj. Gallorum Imp. Regem Italiae, Protectorem Rhenani Foderis; Conclusus 14. Oct. permutatus 20. Oct. 1809. (Per extensum deductus habetur in Ephemericibus nostris sub Nro. 84.)

Diarium politicorum memorabilium eventuum.

Regimini rite constituto, militari in ratione, amplæ suppetiæ subsidiaque victoriam referendi, tempore belli præsto sunt, adversus hostem non tam præstante militaris rei

conformatione instructum, seqv. argumentum declarat, quid in hoc genere Gallia valeat, quantique in Statibus Europæis ponderis sit.

Parisiis. Monitor acta Senatus in relatione delectus tyronum militarium 36000 conscriptorum promulgat. Constant ea oratione Principis Imperii Archi Cancell., relatione bellicæ rei ministri Imperatori die 15. Sep. facta; explicatione motivorum delectum præcipiendi Senatui per Oratorem Senatus Collegii C. Cessac facta, denique relatione per C. Lacepede nomine erectæ a Senatu Commissionis eidem præstita; en aliqua excerpta ex relatione rei bellicæ ministri! „Diverſi campi Martii, in quibus Domine larva tuâ inolarent, multo diffiti invicem sunt; quam ut absque molestia militis unius exercitus copie ex uno eorum ad alium traduci possint; Vestraque Maj. propensione copiarum, quæ trans Danubium moderatur, tantopere contenta, eas incommotis bellum in Hispania sustinendi levare cupit. Exercitus Gallici trans Pyrenæos præterea 300 egminibus pedestribus 150 equestribus constant. Quare sufficit, quin novæ cohortes expediantur, eas, quæ in Hispania sunt, pleno numero conservare. 30 millia Bajonnæ collecta huic scopo satis faciunt. Ex Catastris Maj. Vestræ substerneadis elucebit: ex Censu de Anno 1806, 1807. 8, 9 & 10 ultra 800,000 viros restare, qui sortem quidem subivere, verum nondum stipendia ad facienda vocati sunt. Omnis hæc turba adversus hostes possicisci de-

buiffe
popo
pono
gendo
obliga
Præte
quos
poner
colum
sum,
que l
bellum
contin
biacen
tander
abomi
ciet,
bum:
doceb
quam
consid
persev
prosec
E
cis con
desum
Augus
ense
jam h
faciam

Pa
Londin

huisset : si reipublicæ imminens periculum poposcisset. Equidem Majestati Vestræ propono : ex hac Classe 36 solum mille deligendos, reliquos vero ab omni conscriptionis obligatione penitus absolutos declarandos. Præterea Majestas Vestra de 250 millibus, quos census militaris Anni 1811 largitur, disponere poterit, cujus nihilominus usum tum eolum Majestati faciendi consilium daturus sum, cum adjuncta pacificas spes, consiliaque M. V. frustrarentur. — Ex uno anno bellum Anglis copiosiore sanguine venit; quam continuis annis, ex quibus hostis pacem Ambraciensem fregit. — Dolor de tanta jactura tandem in animis Anglicani populi justam abominationem erga eos sævos homines eliciet, quorum amens ambitio, odiumque verbum : perenne bellum, pronunciare audebat, docebitque hanc gentem universalem pacem, quam quisvis intelligens rerum ut propinquam considerare debet, Anglis in eo pertinaciter perseverantibus, ut luctam in Continente prosequantur &c.

Ephemerides authenticæ præventuræ pacis conditiones ex biaterosa rumorum fabrica desumere. Eas alia ratione Hamburgenses, Augustanæ alia, alia denique Gallicæ Colonienſes mensæ politicæ apponunt. Nos, certa jam habentes, aug. & somnia illa tute missa faciamus, potius narrebimus :

Somnium singulare.

Principio hujus anni labentis sequens Londini memorabilis, singularisque eventus

pererebunt, fortassis & Germanico Psychologo memorabilis. *Die 27. Januarii* pauper Hyberna sub felicissimis auspiciis puerperio egressa omolavit; sequentis Lunæ nocte moriendum sibi esse, — hanc illa visionem marito, aliisque amicis communicavit asseverans eam certe impletum iri, nihilque precari se ardentius, quam Sacerdotis, qui ultimis morientium præsidis ei provideret, copiam; verum nec meritis, nec amici ulam somni, cujus implendi probabile indicium nec a longo quidem erat, fidem curamque impendere voluere. Quid sit? Eadem illa, quam visio indicaverat, nocte, terribilis enormisque turbo furere, qui totam metropolim in grave periculum, metumque conjecit. Hybernus fastidium domus cardinibus moveri summadvertens metum impendentis periculi recenti ex partu conjugii sæ indicavit, at hæc multo debilior viribus erat, quam ut ipsa levare corpus, seque proripere valeret, dum uterque omnem salutis querendæ operam dent interea tectum domusque collabitur, miseraque mulier tenellum, quem lactavit, infantem in amplexibus tenens, ruinis opprimitur. Maritus ægerime, & nonnisi maxima cum difficultate vitam discrimini eripuit, assiduo labore e fatalibus ruinis salvus evasit.

Conductores (Regieurs) Theatri de Conventus horto Londani, perspicientes turbamulumque in dies atrocitorem fieri, optimam partem elegerunt, consilium arripientes Theatrum claudendi. Postremum drama die

23, S
quæ
lis lit
erant

tia —
„Ang
Offic
ni, c

inutil
sent,
stamb

merit
ast o
taram

firmu

elega
Angu
Vidu

tizæ s
Stima
cia,

plite
te pr
edsta

princ
inter
precu
Gen.

23, Sept. producebatur. Inter inscriptiones, quæ sub ipsa drammatæ productione majusculis litteris columnis cubiculorum &c. affixæ erant, seqv. animadvertendæ sunt:

„Theatrum nationale — honorifica prætia — Drammata Anglicana. — Nulli Cataloni.”
 „Anglicanæ Auditorium per nullum Politicæ Officiæ ad marseptum pellicæ sinit. Britanni, ceter Capitulatio; prorogatio clades est.”

„Britanni! Regi Joanni exaggeratæ nimis, inutilesque Taxæ non magis elevandæ essent, quam nos Regi Georgio ultro præstamus.”

„Joannes Bull, continuo paratus erat merita remunerari, & id perpetuo manebit, aut odit avaritiam & hostis juratus est violentam exactionum.”

„John Bull, John Bull, John Bull, esto firmes & constans, nemo te ludificabit.”

Sequens *Beneficentiæ* argumentum sonat elegantius: Paulo ante discessum Imperatoris Augusta, animum commovens contigit actus, Vidua Medici *Broidung*, qui indefessæ solerticæ suæ in militibus Gallicis nosocomiis vitima occubuit, Imperanti excedenti provincia, cincta 4, quos habet, liberis, flexo poplite libellum supplicem porrigebat, perorante pro moesta muliere, qui lateri Principis adstabat, a liberali animo suo noto Electore præcipe, cum illi adjunctorum conditio vo em interciperet; — Vix Napoleon argumentum precum lacrimantis matronæ intellexit, jussit Gen. Ducem Rapp germanico idiomate ei

declarare: positam ejus æquum prois ei delatum esse. — Vidua ad dies vitæ sanna 600 Franc. pensione donanda perhibetur.

Parisiis 1. Nov. Publica acclamatione, ajunt quædam nostræ ephemerides, danimum Urbi Ratisbonensi, bello hoc illatum, 1445393 fl. efficit. — VI Cæsarei Decreti Collegium legum ferendarum 1. Dec, a. c. convocabitur. Princeps Gorgoli, Generalis Adjutor Sux Majestatis Imperatoris Alexandri peculiaris Commissa Sui Monarchiæ deferens, huc advenit. — D. Dübois Thauville a novem annis Gallicus in Algeria Generalis Consul Parisios rediit. His 9 annis tres illic revolutiones, et totidem Duces (Dey) fuerant. In vicinis Nemausi (Nimes) in meridionali Gallia, immanis lupo totam late regionem infestat. Integros greges impavidus edgreditur, pluresque Pastorum proles peremit. Terræ contra eum venationes incassum institutæ. — Imperator Napoleo circa finem mensis hujus Parisios expectatur.

Holmia 10 Octob. Secundum officiosas relationes, in nostris ephemeridibus, in bellum cum Russia, præter amissæ Finantiæ immensam jacturam, 16,000,000 Imp. insunt sunt. Anglica subsidia, priori Regi ab Anglis missa septem solummodo milliones Imp. efficiunt. Numerus strenuorum Suecorum, in cruentis pugnis partim cæcorum, partim fame, & fatigis enectorum, minimum 50000 efficit. Svecicæ Coronæ debita nunc 11000000 Imp. faciunt, quorum maxima pars ad exte-
 00 pertinet.

ut Su
 autun
 Schaf
 cipem
 mensi
 A
 cis G
 jam a
 animo
 na M
 pum
 Et ho
 gai, q
 in 12
 Intere
 cuper
 comp
 rii eju
 l
 cum c
 oonce
 vi con
 ningo
 Fox s
 nister
 prosec
 H
 Classis
 ens, l
 naviga
 aliæ b
 ves.

Batisbona 5 Nov. Spem concepitur fore, ut Sua Serenitas Princeps Primas hoc adhuc autumno in Urbem redeat. Sed litteræ Schaffnaburgo ajunt, amatum nostrum Principem Parisios discessurum, ibique pluribus mensibus moraturum.

Londono 20. Octob. Tristis expectatio pacis Gallia inter, & Austriam, quam Ministri jam ante sex septimanas præviderunt, magnos animorum motus facit. Convulsione hodierna Ministerii Oppositionalis pars latum Campum clamorum, sed sine fructu, haberet. Et hoc permovit Regem, ut Collegium Regni, quod 2. Novembris convenire debuisset, in 12mam primum Decembris convocaverit. Interea D. Canning priorem valetudinem recuperavit, poterit in Oppositionali Collegio comparere, eoque facilius ea, quæ Ministerii ejus tempore facta sunt, defendere.

Interim, quod Bathurst D. Canning locum occupaturus sit, narratur. Ideo spem conceperunt Oppositionales, fore, ut pax brevi concludatur, ex eo, quod Bathurst Canningo oppositam opinionem foveat. Sed et Fox semper pro pace pugnabat, & dum Minister factus est, belli Systema Pittianum prosecutus est.

Hafnia 24. Octob. Ante triduum Anglica Classis 300 velorum, ex mari Baltico veniens, per magnum sinum in boreale mare navigavit. Has inter 6 Classicæ erant, 14 aliæ bellicæ, reliquæ omnes mercantiles naves. Admiralis Saumarez in hac Classe fuis-

se videtur, qui adveniente procelloso tempore diutius sine discrimine in mari hoc morari non potuit.

PUBLICANDUM.

Prodiit novissime ex Typographeo Belnayanorum hæredum opus sub titulo: *Fragmenta ad Historiam Ecclesiasticam R. Hungariae Fasciculi duo*, in forma octavali 1809. Opus hoc jam annis ante aliquot a Cel. G. A. Belnaya Prof. Historiarum Acad. Poson. in usum prælectionum concinnatum, ab eodem secundis curis in gratiam Historiophilorum elaboratum, novi que eruditæ accessionibus locupletatum, paullo ante absolutum est, quam vir doctissimus vivis eriperetur. Excellere id puritate & claritate stili, veritatis cum primis studio, & erudito rerum delatæ, æqui intelligentesque Judices jam olim agnoverunt, quo magis rerum Ecclesiasticarum studiosis rem gratam facturos nos existimamus, memoratum opus jam typis recusum, & 1 fl. Rhen. 20 xr. apud nos, & in cunctis aliis conspicuis Bibliopoliis prostare, indicantes. Ex Typographeo viduæ hæredumque Belnayanorum Posonii 21: Nov. 1809.

Ad L
Imper

Beate

Papa V
Junii ca
rum R
legium
mone
moeror

„ lia!

„ ta tot

„ motu

„ fervor

„ dis

„ antece

„ es, q

„ animo

„ fuerun

„ ma!

quidqua

Decenni

liam sol

oras per

At

ficiam E

*Ad Lectores Catechismi Ecclesiarum
Imperii Gallicani Monitum Interpre-
tis Latini.*

Beatae recordationis Pontifex, Ven. Pius
Papa VI. in eo, quem anno 1793. die 17.
Junii causa necis, Ludovico XVI. Galliarum
Regi christianissimo illatae, ad Col-
legium Cardinalium Romae habuit, ser-
mone in haec verba, stimulante cordis
moerore, proruperat: „Ah Gallia! ah Gal-
„ lia! a Praedecessoribus nostris appella-
„ ta *totius Christianitatis speculum, et im-*
„ *motum Fidei firmamentum, utpote quae in*
„ *feruore Fidei christianae, ac Devotione Se-*
„ *dis Apostolicae non sequeris alias, sed*
„ *antecedis,* quam hodie aversa a Nobis
„ es, quam hostili in veram Religionem
„ animo, ac inter omnes, qui unquam
„ fuerunt, ejusdem insectatores infestissi-
„ ma!“ (a) neque esse his in emphasisibus
quidquam hyperbolicum, ex infelicis illius
Decennii docemur Historia, quod non Gal-
liam solummodo, sed et plerasque orbis
oras perturbavit. (b)

At vero misericors DEUS, qui aedi-
ficium Ecclesiae suae sartum tectum con-

servare non desinit, fecit potentiam in brachio suo, atque tantas inter procellas iis ipsis in regionibus evangelicae Doctrinae puritatem, suorumque Fidelium Societatem protexit admirabiliter. Nulla in illis Ecclesiae Gallicanae calamitatibus novae cujusdam haereseos conflata est secta, quae quidem vel aliquantulam tulisset aetatem; ea vero, quae adversus omnem christianam societatem illic agitabantur, formidolosa consilia stabiliri nulla ope, nulla vi, nulla fraude, aut ratione potuerunt. Rediit post decumanas fluctuationes eadem ejusdem Fidei publica professio, quae ibidem ante viguerat. „*DEUS autem* hac in re, *ut nimirum Catholica Religio in Galliis publicam rursus in lucem emergeret, usus est opera Napoleonis,*“ (c) qui, ut finem imponeret anarchicis motibus, inita cum Catholicae Unitatis centro, Romano scilicet Pontifice, concordia, pedetentim paulatim rebus tam suis, (fulcrum quippe Throni Religio est) quam et publicis omni ex parte se consulturum speravit. (d)

Ne autem precario asseruisse ista videamur, utque tanto certius unicuique pateat, non aliam nunc Religionis Catholi-

cae D
di, qu
id citr
uno co
lo? Ca
Legem
uspian
hunc
quem
cumqu
Legem
cognos
tholica
liarum
hic pro
method
densis
Catech
modum
vimus
munqu
post co
matum
ligionis
subsequ
Ha
pro Th

pae Doctrinam in Imperio Gallicano tradi, quam quae longe ante illic viguerat; id citra quoslibet indagationum anfractus uno edocemur argumento. Quo autem illo? *Combinatione Catechismorum*. Nam cum Lege Imperii Gallici cautum sit, ne alter uspiam proponatur Catechismus, praeter hunc ipsum quem Episcopi adoptarunt, quem ubivis promulgari jussit Imperator; cumque perfacile inducamur, ut credamus, Legem hanc observari fideliter; eo ipso cognoscimus, qualis hodie Doctrina Catholicae Religionis tradatur in vasto Galliarum Imperio. Cum porro Catechismus hic prorsus doceat idem, quin et eadem methodo procedat, cum celeberrimi Meldensis Episcopi, Jacobi Benigni Bossuet, Catechismo, (e) quem, in omnia prope modum Europae idiomata conversum, novimus evasisse vulgatissimum, acceptissimumque; nihil est, quod ambigamus, quin, post convulsionem veterum regendi Systematum, nulla tamen quoad Catholicae Religionis Doctrinam sit in Galliis innovatio subsequuta.

Habet igitur notitia Catechismi hujus pro Theologis ac Historicis, cunctisque,

servare non desinit, fecit potentiam in brachio suo, atque tantas inter procellas iis ipsis in regionibus evangelicae Doctrinae puritatem, suorumque Fidelium Societatem protexit admirabiliter. Nulla in illis Ecclesiae Gallicanae calamitatibus novae cujusdam haereseos conflata est secta, quae quidem vel aliquantulam tulisset aetatem; ea vero, quae adversus omnem christianam societatem illic agitabantur, formidolosa consilia stabiliri nulla ope, nulla vi, nulla fraude, aut ratione potuerunt. Rediit post decumanas fluctuationes eadem ejusdem Fidei publica professio, quae ibidem ante viguerat. „*DEUS autem* hac in re, *ut nimirum Catholica Religio in Galliis publicam rursus in lucem emergeret, usus est opera Napoleonis,*“ (c) qui, ut finem imponeret anarchicis motibus, inita cum Catholicae Unitatis centro, Romano scilicet Pontifice, concordia, pedetentim paulatim rebus tam suis, (fulcrum quippe Throni Religio est) quam et publicis omni ex parte se consulturum speravit. (d)

Ne autem precario asseruisse ista videamur, utque tanto certius unicuique pateat, non aliam nunc Religionis Catholi-

ae Doctrinam in Imperio Gallicano tradi, quam quae longe ante illic vigerat; id citra quoslibet indagationum anfractus uno edocemur argumento. Quo autem illo? *Combinatione Catechismorum*. Nam cum Lege Imperii Gallici cautum sit, ne alter uspiam proponatur Catechismus, praeter hunc ipsum quem Episcopi adoptarunt, quem ubivis promulgari jussit Imperator; cumque perfacile inducamur, ut credamus, Legem hanc observari fideliter; eo ipso cognoscimus, qualis hodie Doctrina Catholicae Religionis tradatur in vasto Galliarum Imperio. Cum porro Catechismus hic prorsus doceat idem, quin et eadem methodo procedat, cum celeberrimi Meldensis Episcopi, Jacobi Benigni Bossuet, Catechismo, (e) quem, in omnia prope modum Europae idiomata conversum, novimus evasisse vulgatissimum, acceptissimumque; nihil est, quod ambigamus, quin, post convulsionem veterum regendi Systematum, nulla tamen quoad Catholicae Religionis Doctrinam sit in Galliis innovatio subsequuta.

Habet igitur notitia Catechismi hujus pro Theologis ac Historicis, cunctisque,

quibus cordi est nosse Fidem Nationalium Ecclesiarum, utilitatem eam, quod certiores nos efficiat, tum de eo, quales in Ecclesia Gallicana etiam nunc doceantur Sententiae? tum et de eo, non doceri alias, quam quae semper, quae ubique, quae ab omnibus Catholicis tenebantur.

Est et aliud, quod in hocce Catechismo Lectorem philalethen delectet non minus ac juvet. Praemittuntur eidem *Formulae precum*, breves at energicae, mane cujusbet diei, et vespere persolvendae. Mox adnectitur *Synopsis Historiae sacrae*; sine cujus notitia complura ex iis, quae ad explicationem Symboli apostolici necessario pertinent, ne intelligi quidem possunt. Subnectitur denique Instructio Liturgico-historica de *Festis ac Ritibus* Christianorum. Haec omnia desiderantur in vulgarioribus aliarum Linguarum Catechismis. Isti vero suis rursus dotibus commendantur; neque ea est seu subscripti Interpretis, sive Editoris mens, ut incompetente iudicio, locoque ac tempore non suo comparationes fiant Catechismorum, atque adeo, ut laus Catechismi Gallici vergat in opprobrium ceterorum; prout neque illud,

quidquid de Augusti Gallorum Imperatoris laudibus in Gallico isto Catechismo dicitur, deminuit quidquam de eximiis aliorum Principum in Ecclesiam Catholicam Promeritis. Et vel ideo omnem eam Panegyrum latine reddere nihil dubitavimus, ac sequi exemplum interpretis Germanici, typis, ut fons Libri praefert, Lipsiensibus usi.

Ceterum dissimulari non debet: occurrere non raro in isto Catechismo Quaestiones, quae universim axiomatibus artis Catecheticae, methodoque imprimis Saginensi, sunt profecto difformia. Huc pertinent Interrogationes illae: *quid tum? quid praeterea? qualis adhuc? cur adhuc?* etc. Eas ego facili negotio poteram immutare: neque tamen id feci; non enim emendare Catechismum Gallicum, sed eundem latine reddere, constitui fidus Interpres. Quod si graviolem interdum aliquam observationem res ipsa prolicuit, ut, cum in enumerandis Ecclesiae Praeceptis, aut Operibus misericordiae, Catechismus Gallicus abludivit a nostris; aut, cum in Formulis Precum, institutionibusve liturgicis nonnulla supplemur; id ipsum esse censui suo

Ioco adnotandum, nullis fortasse Lectorum ingratis, nulla certe Authorum, Fauctorumque Catechismi Gallicani injuria. Dabam Posonii die 12. Januar. anno Æ. V. 1808.

A. J. C. E. P. C.

(a) Videatur Allocutio haec in *Collectione Brevium, atque Institutionum S. Sedis Apostolicae de calamitatibus Ecclesiae Gallicanae*, A. 1797. duobus Tomulis edita, Tom. 2-do pag. 194. — Epitheton *Venerabilis* Pio Papae VI. tribui nemo mirabitur, qui novit, qualis ejusdem Papae Exuviis Veneratio in Sacello Ecclesiae Valentinae impensa fuerit, sumtus publicos assignante Napoleone Augusto. Vide *Journal de Francfort* Nro. 81. Anno 1807.

(b) Ad notabilem Catastrophes illius Historiam recte cognoscendam permultum, quod quidem Fata Religionis adinet, confert *Collectio Brevium*, quam paulo ante memoravi; tum vero opus Domini *Barruel: Histoire du Clergé pendant la Révolution*; denique opus viri clarissimi, Joannis *Adamy*, *Sensus Cleri Gallicani*, inscriptum, ac in *Typographia Belnayana* procusum. Optandum e-

quidem est, ut Historiam hujus Decennii-
latino idiomate deductam, legere possi-
mus quamprimum. — Ceterum de illis Ec-
clesiae Gallicanae temporibus atque even-
tibus, non dubitavit Sactissimus Pius Papa
VII. affirmare: „*haud minus est virtus, quam
crudelitas renovata priscorum temporum.*“ Ita Pi-
us VII. in suis ad omnes Catholicos Epi-
scopos die 15. Maji 1800. in aditu Ponti-
ficatus sui datis, Literis, quarum exemplar
simulque accurata in idioma germanicum
translatio videri potest in ephemeride Au-
gustana: *Journal der Religion, Wahrheit,
und Literatur.* An. 1800 Nro. 65. pag. 604
aeqq.

(c.) Totidem verbis memorabile illud Phae-
nomenon enunciat ipse Pius Papa VII in Al-
locutione, qua Romam e Galliis redux iti-
neris sui Parisini rationem die 26. Junii
1805. exposuit Cardinalibus. vid. *Epheme-
rid. Belnay.* ad Nrum 57. et 59. anni 1805.

(d) Patent haec ex Actis Concordati, dte
15. Augusti 1801. initi, accurateque recu-
si Posonii typis, ac sumtibus Belnayanis.
Quanta vero hujus ipsius Concordati ad
conciliandos Augusto Napoleoni plurimo-
rum animos vis exstiterit, quantus ad pe-
ragendam tranquilla potestate novae Dyna-

stiae Inaugurationem influxus: nemo ignorat, vel dubitat. Est enim res haec non modo publicis exterorum judiciis, sed etiam ipsorum, qui in Gallia sedebant ad clavum, agnitione contestatissima. Nostrorum quoque Poetarum quidam Napoleoni Augusto eapropter encomium adornarunt; e. c. Michael *Testino* heroicis; P. Thaddaeus *Patonyi* autem, ord. Minor. Conventual. elegiacis versibus latinis, type vulgatis.

(e) Jac. Ben. *Bossuet*, natus Divione an. *Æ.* V. 1627; ex Condomensi factus Meldensis (Meaux) Episcopus, obiit an. *Æ.* V. 1704. Multa egit, et scripsit *Irenica*, seu ad resarciendam Protestantium cum Catholicis unionem tendentia, Eo consilio edidit: *expositionem Fidei Catholicae*, quam Hungarice vertit Carolus *Döme*, Parochus in *Izsa* prope Comaromium.
